



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXXIX. Markgraf Otto von Brandenburg theilt die Lande Bautzen und
Görlitz in zwei Hälften und überläßt seinen Vaterbrudersöhnen die Wahl
unter denselben, am 1. Mai 1268.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

vero per consensum conuentus nostri eandem aduocatiam contulimus ecclesie S. Wiperti perpetuis temporibus possidendam. Hoc adicientes, quod si latrocinium, furtum vel rapina, vel hiis similia in eadem villa circa litones ecclesie S. Wiperti fuerint orta, que iudicium exigant seculare, nuncius noster et omnium succedentium nobis Abbatissarum, assumto nuncio ecclesie S. Wiperti, ad eandem villam veniens, prout viderit, iudicabit. Huius rei testes sunt Clerici: Dominus Arnoldus, Custos ecclesie nostre, Bertrammus, Plebanus forensis ecclesie, Hermannus, Plebanus S. Egidii, Hildebrandus, Cappellanus noster, Theodericus de Berne; Miisteriales vero ecclesie nostre Bernhardus, Marscalcus noster de Dituorde, Conradus de Querembecke, Johannes de Wederstede, Theodericus Marroch, Theodericus, Pincerna noster, et alii quam plures. Vt autem hoc factum robur habeat firmitatis, presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis firmatum, ecclesie S. Wiperti dedimus ad cautelam. Acta sunt hec Anno MCCLXVII. Indict. decima.

Nach Erath, Cod. dipl. Quedl. 234. Nr. 207.

CXXIX. Markgraf Otto von Brandenburg theilt die Lande Bauzen und Görlitz in zwei Hälften und überläßt seinen Vaterbrudersöhnen die Wahl unter denselben, am 1. Mai 1268.

Nos Otto, dei gratia brandenburgensis marchio, recognoscimus et literis presentibus protestamur, quod de fidelium nostrorum consilio, terram Budessinensem diuisimus, ponentes ad castrum et ciuitatem budessin: Lubawe ciuitatem, nyzwaz, konigesbrücke cum eorum attinentiis et hoyerswerde dimidium, cum nouis et antiquis bonis, tam liberis quam non liberis, hoc adjecto, quod nullus de cetero quidquam de nouis bonis colat aut extirpari faciat, nisi de communi voluntate et pari consensu dominorum ad illam terram pertinentium. Item distinctio iudicii Budessinensis inchoabitur in illo loco, ubi oritur flumen Labetowe, et protendetur directe usque ad terminos Boemie, et descendet per descensum predicti fluminis usque ad locum, ubi dicta Lubata cadit in maiorem zprewam, et procedet de ipsa zprewa per semitam, que dicitur musatenstit, ac deinde per eandem semitam usque in villam gabelenze directe usque in flumen, quod dicitur niza, molendina vero, que sunt in littore fluminis lubote versus Budessin, ad Budessin cum ipso littore pertinebunt. Item ad ciuitatem Gorliz ponimus: ciuitatem Luban, schonenberg, Rotenberg, castrum Landischrone et dimidium Hoyerswerde, cum nouis et antiquis bonis, tam liberis quam non liberis, et cum conditione premissa, quod neuter nostrum aliqua noua bona possideri aut coli faciat, nisi de consensu et voluntate communi. Item distinctio iudicii pertinentis ad Görlitz inchoabitur in illo loco, ubi oritur flumen Lubote, et seruabitur in ascensu et descensu, prout superius est expressum. Sed molendina, que sunt in littore Lubote versus gorliz, ad ipsam gorliz debent cum ipso littore pertinere. Item moneta et theloneum terre Budessinensis nostris patris et nobis communes erunt. Quando autem locanda erit moneta, hoc erit de consensu utrorumque et quicumque habebit monetam

habebit et theloneum et sedebit uno anno Budeffin et altero anno Gorliz, theloneo tamen budeffin permanente. Monetarius tamen qui fuerit pro tempore conseruabit denarium in pondere et valore sicut sunt antiquitus obseruati. Infeodati vero quicumque fuerint in moneta et theloneo ab utrisque dominis sua feoda recipient, sed castrenses budeffinenfes castri feoda specialiter a castri et terre budeffin domino obtinebunt. Item dominum h. de baruth cum omnibus bonis suis feodalibus, que a nobis habet, totaliter ad partem budeffin ponimus, ipsa et eadem bona ab eiusdem partis domino recepturum, ita tamen quod bona, que habet in parte gorliz, pertineant et sint sub iudicio Gorlicensi. Reliqui vero nostri homines a nobis infeodati in terminis görliz, a domino partis görliz recipient bona sua et similiter in terris budeffin sua bona recipient a domino partis budeffin ipso iure, exceptis tamen quibusdam nostris hominibus, quos et patrum nostri et nos communiter cum omnibus bonis suis decreuimus obtinere, et sunt isti burgrauis de Starkenberg, de kamenz, de plöniz, de Strele, de Sprewinberg, de Mutfchin, de Lapide, de kyteliz, de Schriuersdorph, de pinzik, de yrikisseue cum omnibus bonis pertinentibus ad castrum lesne. Item venationes, que sunt in terra budiffinenfi, erunt communes tam nostris patris quam nobis, et nullus aduocatorum nostrorum in nostri absentia venabitur in eisdem, nisi cum canes nostros cum venatoribus illuc duxerimus pro exercendis venationibus destinandos. De mericis autem, in quibus nostre venationes existunt, nullus locabit de nouo preter nunc locatas aliquas villas, nisi de voluntate unanimitatis et consensu. Et ut hec supradicta omnia a nobis et a nostris patris inuiolabiliter obseruentur ac etiam deducantur laudabiliter ac fauorabiliter in effectum, dari super eo iussimus hoc prefens testimonium literarum sigilli nostri munimine roboratum. Dantes nichilominus dictis nostris patris optionem liberam quancumque partem sibi suisque fratribus patris nostris dilectis ex his duabus partibus duxerint eligendam, et hoc a nobis et nostris fratribus gratum in omni parte habebitur atque firmum et nos ipsos de eadem parte potentes quam elegerint faciemus. Actum et datum plawe, anno domini M^o. CC^o. LXVIII^o., in die apostolorum philippi et Jacobi.

Nach dem Copialbuche des K. Ges. Kabinet-Archives I, C. 4 in quarto, Blatt 38. — Ungenau abgedruckt in Gercken's Codex I, 202 und im Lauf. Magazin vom Jahre 1777. S. 327. Wenn Gercken diese Urkunde dem Markgrafen Ditto III. zuschreibt, so muß er übersehen haben, daß der Aussteller seiner Brüder gedenkt, folglich nur Ditto's III. Sohn Ditto seyn konnte.

CXXX. Markgraf Otto von Brandenburg beurfundet, daß nach gescheneher Theilung des Landes Baugen in zwei Hälften, Baugen und Görliz, seine Vaterbrudersöhne die Hälfte, worin Baugen gelegen ist, erwählt haben, am 1. Mai 1268.

Nos Otto, dei gratia brandenburgensis marchio, recognoscimus et literis presentibus protestamur, Quod terra nostra Budeffinenfis, a nobis de fidelium nostrorum consilio in duas partes, uidelicet Budeffin et Gorliz, debita maturitate diuisa, ac eadem diuisione dilectis nostris patris Johanni, Ottoni et C., Illustribus marchionibus brandenburgensibus presentata, iudem nostri patris, libera optione a nobis acceptata de parte, quam uellent, eligenda, usi suorum consilio fidelium saniori, ipsam partem, in qua budeffin